

Breve pontificio di papa Paolo VI di nomina  
a Nunzio Apostolico in Haiti, 1 giugno 1969.

Il sigillo di papa Paolo VI reca:

**Sul D/:** S. PAULUS - S. PETRUS

**Sul R/:** PAULUS PAPA VI

**P**aulus Episcopus Servus Servorum Dei

dilecto filio **Aloisio Barbarito**, Apostolico Nuntio in Haitiana Republica, electo Archiepiscopo titulo Florentinensi, salutem et apostolicam benedictionem. Cum, dilecte fili, ad altissima Te destinavimus pro Ecclesia Dei muneta sustinenda, apostolicum nempe Nuntium in Haitiana Republica nominantes, censuimus tibi etiam esse, ut mos est atque consuetudo Apostolicae Sedis, episcopalem dignitatem conferendam. Qua quidem collata dignitate, non solum est consilium Nostrum amplissimo Te Apostolorum successorum collegio accenseri, verum etiam egregias animi tui atque ingenii dotes publica comprobatione affirmari. Suprema ideo usi Nostra potestate Te Antistitem renuntiamus archiepiscopalis, pro hac vice, ut dicunt, Sedis titulo **Florentinensis**, ad praesens vacantis, datis iuribus impositisque obligationibus, quae tui ordinis Archiepiscoporum sunt propria. Antequam tamen consecrationem accipias, tuum erit catholicae fidei professionem facere teste venerabili fratre Nostro S.R.E. Cancellario; teste autem venerabili fratre Nostro S.R.E. Perorodiano ius iurandum fidelitatis erga Nos et hanc sacram Petri cathedram iurare. Ceterum, dilecte fili, hortamur ut, ampliore insignitis dignitate, quae ad ipsos Te revocat Christi Apostolos, sedulitatem tuam atque diligentiam veluti multiplices pro Ecclesiae sanctae utilitate animorumque bono. Quod ut feliciter eveniat, omnipotentis etiam Dei gratiam et opem in Te precibus postulamus. Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo primo mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo nono, Pontificatus Nostri sexto. = P. =

Aloisius Card.aglia

S.R.E. Cancellarius

Franciscus Carullo  
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus Carullo, Episcopus Apostolicus  
Cancellarius S.R.E., Prolocutor Apostolicus

Exhibita die XI Iulii, anno Pontif. VII M. Omnia Plumbata

In Canc. Ap. tab. Vol. CXXXII N. 28



**D**



**R**